

# Die Urkunden der Burgundischen Rudolfinger, 92

In nomine dei eterni. Rodulfus dei misericordia rex. Notum sit omnibus nostris, qualiter bini fratres Sendiadus et Muchardus venerunt ad nos postulantes, ut sibi quandam terram sancti Mauricii commutaremus. Quorum petitionibus annuentes iam dictam terram commutamus, videlicet duo mansa in Macosogo iacentia cum omnibus suis pertinentiis casalis vineis campis pratis silvis, sub redibicie census solidorum duorum annuatim in festo sancti Mauricii soluti et alicui magistro ipsius loci consignati, accipientes ab ipsis in concambio quandam terram sui iuris coniacentem in Otolanda in loco qui dicitur Rausetus, scilicet mansum unum cum suis pertinentiis. Censum vero solvendo teneant et possideant tam ipsi quam uxores eorum illorum seu heredes, et hec cartula stabilis maneat et inconvulsa cum omni firmitate subnixa.

Buchardus archiepiscopus et sancti Mauricii abbacie abbas laudavit. Anselmus episcopus et ipsius loci prepositus firmavit.

Suzo diaconus II idus kal. novembr. hoc scriptum complevit.

Ricardus testis firmavit. Giraldus firmavit. Salico firmavit. Warinus firmavit. Azelinus firmavit.